








XVI, 31-42











8.  
4351

DIVI IOAN-  
NIS CHRYSOSTO-  
MI DE INGLVIE  
ET EBRIETATE  
ORATIO, A' MARTI  
NO CROMERO E  
GRÆCA LATI-  
NA FACTA



XVI, 37



ILLVSTRIS  
ET MAGNIFICO DO,  
MINO IOANNI CO,  
MITI IN TARNOW  
Castellano Cracouien, exercituum  
Pol. & Sandomiriensi Stri/  
ensiq; Prefecto, Marti/  
nus Cromerus  
S. P. D.



ELlem minus frequenter  
oculis, quàm foeda ac dete/  
standa res sit ingluuies &  
ebrietas, hauriremus heros  
clarissime, sanè multo pre/  
clarius nobiscum ageretur. Neq; enim de  
sunt nostris etiam hominibus insignia ad  
laudem & gloriam instrumenta, non in/  
genium, non magnitudo animi, nō ardor  
atq; studium rerum honestissimarum, ni  
si hæc praua conuiujs atq; potationibus  
plusculum



plurimum indulgēdi cōsuetudo vel cor-  
rumperet, vel hebetaret. Quod si qua lege  
atq; animaduersione seueriori ingluuius  
apud nos ebrietasq; coercerent, nō multū  
fanē, siue ad rem militarem & virtutem  
bellicam spectes, siue ad reitum publice,  
tum priuatę curam & institutionem, siue  
ad ciuilitatem & cultum vite, seu deniq;  
ad studia literarum atq; doctrinę, alijs na-  
tionibus hominum cederemus. Id quod  
in te vno abunde licet cognoscere. Que  
enim gens proferre non dico nostro, sed  
superioribus hīsce aliquot seculis habet  
vnum aliquem ducem eximium, cuius  
auspicijs tot ac tam varia bella gesta sint,  
quot tuo consilio tuoq; ductu feliciter  
confecta esse scimus? Neq; ego solum  
dico fractos abs te Moschos, fusos Tar-  
taros, Valachos debellatos, quibus quidē  
populis nihil est neq; ferocius, neq; ani-  
mosius: Sed Mauri quoq;, Turcę, Vn-  
gari, Galli, Hispani, Itali, quas gentes nos  
admiramur, virtutē tuam partim in se, p-  
tīm in hostibus suis experti & admirati  
sunt. Iā si de cōsilijs in repub, de dignitate,



de amplificatione tuitiōeꝝ reifam. de splē  
dore vitę & elegantia, de ipsa deniqꝫ hu  
manitate & cognitione honestissimarum  
disciplinarū, quę omnia in te amplissima  
sunt & singularia, cōmemorare velim, &  
nihil agā, & cōsulto huc assentādi studio  
deflexisse ab instituto meo videar. Hęc  
oīa situ obducta squalerēt, aut poti⁹ nulla  
in te extitissēt, nisi tā alienus ab ingluuiē  
& ebrietate esses, vt nihil magis abhorre  
as. Neqꝫ em̄ ignoras, quān hęc duo vicia  
non solū corporis, verum etiā animi vires  
eneruent, ingenij obtundant aciē, totūqꝫ  
hominē ab sese alienatū, & q̄si de gradu  
deiectū, inter brutas animantes, atqꝫ adeo  
infra eas etiā deijciant. Qua de re Chry  
sostomū grauiter atqꝫ diserte, latinis nunc  
primum nostra hac qualicūqꝫ opera ser  
mocinantē ad te mitto. Quē epistola etiā  
eodē argumēto adolescenti admodū mihi  
scripta, adhuc reclamāte me, gestit conse  
q. Tu Comes inclyte tantū hunc adstipu  
latorē Chrysostomū hospicio lubens  
accipe, studiūqꝫ hoc erga te meū,  
quāuis in re modica, solito fa  
uore cōplectere. Vale.



DIVI IOAN-  
NIS CHRYSOSTO,  
MI DE INGLVIE  
ET EBRIETATE,  
ORATIO MARTINO  
CROMERO IN-  
TERPRETE



VLtis videamus, quā  
voluptatem, quemque  
honorem habeant di-  
uitiæ: mensas diuitum  
atq; pauperum expendamus, roge-  
musq; eos qui edunt, quinam sint  
maxime, qui pura & germana vo-  
luptate perfruantur, ij ne qui ad di-  
midiatum diem in stragulis accu-  
bantur



bantes, cœnas prandijs coniungūt,  
& ventrem dirumpunt, & sensus  
obtundunt, & immodico eduliorū  
pondere nauem, ita vt exhauriri nō  
possit, obruunt, & quasi in naufra-  
gio corporis eam demergunt, & pe-  
dicas, manicas, atq; lingue vincula  
excogitāt, totumq; corpus adstrin-  
gunt vinculis, ferrea catena grauioribus,  
ebrietatis inquā & luxurię,  
& neq; verum ac syncerum somnū  
capiunt, neq; à terribilibus infom-  
nijs liberi sunt, insanientibus misere-  
riores, & vltro demonē anime sue  
adsciscunt, & risus ludusq; caue-  
seruorum ppositi neminem eorū  
qui adsunt cognoscūt, et neq; loqui,  
neq; audire queunt, sed inter manus  
à stragulis in lectum deferuntur, an  
sobrii & vigilantes, & qui modum  
necess



necessitate finiunt, maximumq; cō  
dimentum famem & sitim habēt?  
Nihil enim ad eò voluptatem & sa  
nitatem facit, vt si cū quis esurit ac  
sitit, tum demum ea quę proponū  
tur attingat, satietatemq; sola neces  
sitate metiatur, neq; maius viribus  
onus corpori imponat. Quod si or  
rationi meę fidem non habes, con  
templare vtrorūq; corpora, & ani  
mum vniuscuiusq;, nonne modera  
te quidem edentium, corpora robu  
sta sunt, sensusq; expedite admodū  
munus suum explent? Illorum ve  
ro flaccida et quauis cęra molliora,  
& morborū examinibus obfessa?  
Etenim pedū dolores celeriter eos  
inuolant, tremorq; intempestiuus,  
& immaturum seniū, & dolor capi  
tis, & distensiones, & oris cōtorti



nes & appetituū extinctiōes, assidu  
isq; medicis, & cōtinuis medicinis,  
q̄tidianaq; curatōe indigēt. Hęc ne  
igit̄ voluptatis sūt, dic mihi? Quis/  
nā hoc dixerit eorū, qui, quid sit vo  
luptas, norunt? Tunc eīm voluptas  
fit, cum est fruitio p̄cedente con  
cupiscentia. Etenim si fruitio quidē  
sit, concupiscentia vero nulla extet,  
perit voluptas omnis, & euanescit:  
& quemadmodum naus, quę ma  
iorem, quā p̄ modo suo, merciū  
vim receperit, oneris magnitudine  
depressā, submergitur, ita & animus  
& corporis nostri natura, si plus  
alimenti, quā pro virtute sua, ac  
ceperit, obruit̄, & pondus merciū,  
non ferēs, in profundū internetio  
nis demergitur, nautasq; & guber  
natorē, & proretā, & nauigātes, &  
ipsum



ipsum deniq; onus, cum omnibus  
perdit. Quemadmodum igitur in  
illis nauibus, quę ita cōstitutę sunt,  
non maris tranquillitas, non sciētia  
gubernatoris, non multitudo nau-  
tarum, nō apparatus commoditas,  
non tempus anni opportunum, nō  
aliud quicquam ita fluctuantem na-  
uem iuuat: ita & ijs, qui luxu afflu-  
unt, vsu venit: non doctrina, nō ex-  
hortatio, non institutio, non consi-  
lium, non metus futurorum, non  
pudor, nō eorum qui adsunt repre-  
hensio, non aliud quicquam deniq;  
seruare animum ita fluctuantem  
potest: verum & ad hęc presentem  
vitam inutilis est huiusmodi, & ad  
omne opus bonū reprobis. Hinc  
& non aliunde grauib; & irsanas-  
bilibus morbis capiuntur ij, qui in

A. v      perpetua



perpetua luxuria viuunt, quicq; ob  
id in hanc vitam productos se esse  
arbitrantur, vt cum luxurię indul  
serint, ventremq; disruperint, ita sa  
ginato corpore decedant, lautiorē  
mensam è suis carnibus vermi in  
struentes: Etenim tremoribus, li  
quefactioni, tabi, grauedinibus, pe  
dū doloribus, et alijs compluribus,  
quę medicorum filij vsurpant, fiūt  
obnoxij: venenatis medicamētis ni  
hilo melius constituētur mensę hu  
iuscemodi. Imo vero, si vere dicen  
dum est, multo deterius. Nam illa  
quidem subito eum à quo sunt acce  
pta, sustulerunt, mortemq; sine sen  
su aduexerunt, ita vt ne hoc ipsum  
quidem molestia morientem affe  
cerit. Istę vero vitam innumerabi  
libus mortibus grauiorem, ijs, qui  
ipsas



ipsas magni faciunt, afferunt: atq;  
alij quidem morbi multos habent  
condolentes: Qui vero è luxuria &  
ebrietate acciderunt, non patiuntur  
intuentes, ne si velint quidem, his,  
qui ab ipsis capti sunt, condolere:  
sed mali quidem exuberantia fle-  
ctit ad misericordiam, morbi vero  
causa scientem exacerbatur: Neq; em̄  
à natura, quemadmodum illic, lesi  
sunt, neq; ab hominibus insidijs ap-  
petiti, sed ipsi sibi horum morbo-  
rum opifices extiterunt, vltro sese  
in præcipitium malorum proñcien-  
tes. Non ita scorpius aut serpens  
in visceribus cuiusquã insidēs quo-  
quo versum inficit, vt luxurię con-  
cupiscentia omnia peruertit atque  
perdit. Feris enim illis ad corpus  
duntaxat pcedunt insidie: Ista vero

cum



cum insederit, cum corpore animū  
item perdit. Omnium ergo perni/  
cies ista res est, extremumq; deris/  
diculum, vos ipsos sanitati corpo/  
ris vestri non parcere. Non dico  
vt victus asperitati vos detis, si ipsi  
nolueritis. Quod superfluum est,  
tollamus: Quod extra necessitatē,  
amputemus. Quam em̄ meremur  
veniā, cum alij ne necessariarū qui/  
dem rerum compotes, cum sint do/  
mini, nos autem vltra necessitatem  
affluentes, iter faciamus? Non vi/  
detis cum quibus nobis lucta est?  
cū incorporeis potestatibus. Quo/  
nam igitur pacto, caro cum simus,  
eos superabimus? Nam si, qui  
cum hominibus luctatur, tempe/  
ranter edat necesse est, longe magis  
qui cum demonibus. Cum autem  
ad corp



ad corpulētiam diuitijs insuper fuerimus astricti, qua vi vincemus aduersarios? Nam vt in cithara cum soni fuerint teneri mollesq; & non bene intenti, artis quoq; præstantia succiditur, neruorumq; vicio seruire cogitur: Ita & in corpore, cum id multam curationem à nobis indeptum fuerit, acerbam seruitutem animus perfert. Ne igitur saginemus corpus, neq; iners id atq; laxū luxuria reddamus: Nō dico vt parco atq; aspero victu nos ipsi extenuemus, sed vt tātum cibi sumamus, quantum & voluptatem habeat, veram inquam voluptatem, & alere corpus, & obsequens nobis aptūq; ad functiones animi exhibere possit. Nam si qui defecatum vinum bibunt reprehensione non carent,  
quid



quid dicemus ad eos, qui maritimis  
itineribus peregre ad comportan-  
dum vinum mittunt, quicq; omnia  
mouent, ne quod vitis genus ipsos  
lateat? quasi rationem reposcendi  
sint, aut ad extrema supplicia con-  
demnandi, nisi omne vini genus im-  
portauerint. Reuera nihil ita ami-  
cum est demoni vt luxuria atq; eda-  
citas. Quid enim non mali facit lu-  
xuria? porcos facit ex hominibus,  
ac porcis etiam deteriores: Nam  
porcus quidem in luto volutatur,  
& stercore pascitur: Iste vero abo-  
minabiliore, quam illa mensa vesci-  
tur, illicitos concubitus excogitans,  
& exleges amores. Talis nihil dif-  
fert à limphato: Ac limphatū quis  
dem miseramur: istum vero auer-  
samur & odimus. Quamobrem?  
quoniā



quoniam vltro neam sibi insaniam  
attrahit, & os, oculos, nares, & om-  
nia prorsus membra peccati cloas-  
cas efficit. Quod si interiora quoq;  
inspicias, videas & animum ipsum  
tanquam in hyeme & algore gela-  
tum atq; torpentem, ita vt ne sca-  
pham quidem propter hyemis ma-  
gnitudinem seruare possit. Nam q;  
ebrietati & ingluuiei mancipio ad-  
dicti sunt, neq; somnum verum &  
sincerum capiunt, neq; a terribilibus  
insomnijs liberi sunt. Quoniam igi-  
tur modo absurdum non est, exper-  
tes quidem rationis animantes ni-  
hil vltra necessitatem querere, ho-  
mines vero peditos ratioe, & ima-  
gine Dei honoratos illis etiam mi-  
nus compotes ratione fieri, medi-  
ocritatis fines pretergredientes.

Quan



Quanto enim melior huiusmodi  
hominibus asinus est? quanto me-  
lior canis? Nam hi quidem siue ce-  
dendum est, siue bibendum, finem  
norunt id quod satis est, neq; ultra  
necessitatem progrediuntur: etiam  
si innumerabiles sepe cogant, non  
sustinent modum excedere. Isti ve-  
ro his etiam detestabiliores se esse  
iudicarunt. Quam multa ab ebrie-  
tate hominibus mala accidant, pu-  
det me dicere: sed ipsorum relinquo  
conscientiæ, vt quæ exactius ea co-  
gnita habeat. Quid enim turpius e-  
brio temereq; vagante, & graue il-  
lud naufragium perferente, ac Dei  
dona stultorum conuitijs exponen-  
te? Multos enim cum hæ affectio-  
nes acciderint, dicere audio: Ne sit  
vinum ô amentiam: ô stuporem:  
alijs



alijs peccātibus dona Dei incufas?  
an enim vinum ò homo malum il-  
lud fecit? non vinum, verum intem-  
perantia male vtētium. Dic igitur:  
Ne sit ebrietas: ne sit luxuria, Quod  
si dicis, ne sit vinum, dices sensim p-  
grediens, ne sit ferrum, propter ho-  
micias: ne sit nox, propter fures:  
ne sit lux, propter calumniatores:  
ne sit mulier, propter scortationes:  
& omnes res deniq; subuertes. Ne  
vinum infimules, verum ebrietatē,  
& eum qui bono male vsus est, &  
sobrium eum nactus describe cun-  
ctam ipsius turpitudinē, & dic ipsi:  
Vinum datum est, vt exhilaremur,  
non vt turpiter nos demus: vt  
rideamus, non vt rideamur: vt sani  
simus, non vt egrotemus: vt imbe-  
cillitatem corporis corrigamus, nō  
B vt animi

*H. C. C.  
nō curio.*



vt animi vires deſciamus. Hono-  
rauit te Deus hoc dono, cur te ipſe  
contumelia per immoderantiam aſ-  
ſicis? Nam qui in ebrietate & intem-  
perantia viuunt, iſs in noctis tene-  
bras dies conuertitur, non quod  
ſol extingatur, ſed quod ipſorum  
ratio ebrietate obſcuretur. Qui ſe  
ebrietati tradunt, quāto magis me-  
rum ſibi infuderint, tanto maiore  
ſiti inardescunt, ſemperq; hauſtio,  
ſitis ſit fomes, & voluptas quidem  
deinceps reſtineta eſt, ſitis vero fa-  
cta inſedabilis, in ipſum ebrietatis  
precipitium deducit eos, quos ca-  
ptiuos egit. Hinc vel maxime ſtu-  
peſcat quis amentiam eorum, qui  
ebrietati addicti ſunt, quod ne tan-  
tum quidem iſti ſibi ipſis parcere  
volunt, quantum alij parcunt vtri-  
bus



bus. Nam hos quidem vini vendi-  
tores non patiuntur plus equo ca-  
pere, vt ne rumpantur: Isti vero mi-  
serum ventrem ne hac quidem pro-  
uisione dignantur: Sed cum eum im-  
pleuerint ac disruperint vsq; ad au-  
res, vsq; ad nares, vsq; ad fauces ipas  
replent omnia, per angustum mea-  
tum spiritui, quę uis animal guber-  
nat, inde comparantes. An enim ob  
hoc fauces tibi datę sunt, vt eas vsq;  
ad extremum oris putrido uino a-  
liac; labe expleas? Non ob hoc: sed  
vt sacras preces sursum ad Deum  
mittas, ac diuinas leges legas, proxi-  
misq; conducibilia des consilia:  
Neq; enim ita uis rapidorum flu-  
minum ripas exedere solet ac demo-  
liri, vt luxuria delitięq; omnes sa-  
nitatis nostrę munitiones facile




subuertunt. Etenim cum auiditate  
escis inhiare, & corporis vires inci/  
dit, & animi fortitudinem depri/  
mit & relaxat. Neq; hoc solum lu/  
xuria affluenti incommodum acci/  
dit, quòd distringitur, & ventrem  
suum disrumpit, & corporis pari/  
ter atq; animi sanitatem succidit,  
sed etiam illud, quòd celerius perflu/  
it & peruadit, & ne vnum quidem  
diem id, quod ingestum est, conti/  
nere potest, sed eo difflato, alia rur/  
sus iniicere cogitur. Enimuero non  
edere malum est: absit: verum eda/  
citas, & vltra necessitatem implere  
ventrem ac disrumpere. Quemad/  
modum neque moderato vino vti  
malum est, sed ebrietati sese dedere,  
& iudicium rationis per intempe/  
rantiam euertere. Eiusmodi enim  
corpori




corpori nos implicauit dominus,  
quod aliter nequit cōsistere, nisi sit  
alimenti particeps: Intemperantia  
modo recidatur: hoc enim ad sani/  
tatem eius & bonam habitudinem  
plurimum conducit, & obsequens  
nobis aptumq̄ ad functiones man/  
datorum Christi præstat, vt & præ/  
sentē vitā expedite pertranseamus,  
& futuris bonis potiamur gratia et  
benignitate domini nostri IESV  
CHRISTI: cui gloria & imperiū  
vna cum patre & sancto spi/  
ritu, nunc, & semper, &  
in secula seculorū,  
AMEN.

Cracouię in edibus Hieronymi  
Vietoris. Anno dñi. M. D. XLI.  
Mense Iunio.













XVI, 37

76









XI

BR



XVI WIEK

BROSZURY







